

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 43 [XLIII.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

9 quinquagesima

cogitationum et intentionum cordis nostri; ea enim scrutatur renes et corda, adeo ut quicquid in eis latet, tibi multo magis manifesta sint, quam si in luce meridiana posita essent; Unde in novissimo die haec omnia abscondita revelabis, quando scilicet illuminabis abscondita tenebrarum, et manifestabis consilia cordium, et tunc laus erit unicuique iuxta merita sua. O anima mea quare loquor cum, quare noctem, quare tenebras, quae ab ista subtilissima luce non illuminentur, et tunc forsitan impune peccare poteris; Sed profecto nihil tale invenies, quia tenebrae in Deo non sunt ullae, et sicut substantia divina tota est immensitas implens universam, et ipsa tota est lux comprehendens omnia, penetrans usque ad intima. O Domine Deus, o lux splendidissima, revela oculos meos, ut in tenebris aut umbrae mortis haud amplius sedeam, sed potius ut filius lucis in lumine vitae semper ambulem, et fructum lucis, qui est in omni bonitate, et iustitia et veritate seram, tibi quoque fideliter serviam, ac te ardentem diligam.

ps. 118

Eph. 5.

Caput 43^{um}
Aspirationes ad Deum tanquam Patrem.

1. Quantus sum ego vilis terrae vermiculus, ut ad Dominum immensa maiestatis dicere audeam: Pater. O verbum dulce! O verbum consolationis! O verbum magni amoris! Pater! Pater inquam, per creationem; nam ipse est pater tuus, qui fecit et creavit te. Pater per redemptionem; tu enim Pater noster, et redemptor noster, inquit Isaias; Joan. 3. Pater per regenerationem baptismi, quo fit, ut filii Dei nominemur, et simus.

Deut. 32

Isai. 63.

Joan. 3.

Pater per adoptionem; quia accepimus Spiritum
~~adoptionis~~ adoptionis in quo clamamus abba Pater. Pater. Rom. 8

~~Dei per regenerationem baptismi, quo fit, ut filii~~ Joan. 3.
 Dei nominemur et simus. O Deus! quot titulis

audeo te nuncupare patrem meum! O quantam
 letitiam! O quantam fiduciam cordi meo concilias
 suavissimum hoc nomen Pater. Sane si cupiam
 liberari a malis, aut desiderem abundare bonis
 clamabo ad patrem meum, et ipse exaudiet me,
 implebitque vota mea; est enim pater infinite po-
 tentia, imensa pietatis ac bonitatis. O Pater mi,
 O amarissime pater, en rursus in amplexus paternos,
 Aringo. De ulnis anima mea, monstra te esse
 patrem; fove me in sinu tuo, fac ut amore tui
 tota ardeat anima mea, et impleantur omnia desi-
 deria cordis mei:

Parumne mihi videri debet, O dulcissime Deus,
 quod te habeam pro patre; Quis tu? quis ego?
 Tu Dominus, ego servus: Tu ditissimus et infi-
 nita opulentia Deus, ego pauper et egenus. Tu rex
 regum et dominus dominantium, ego abiectus et
 contemptibilis: verbo tu omnia ego nihil. Proh quam sublimatum
~~quantum iam in altum sublatum~~ me intueor!
 quanta nobilitate decoratum me ipsum admiror,
 dum perpendo O Domine Deus, quod me in filium
 tuum adoptare digneris, et ego patrem nuncupare
 audeam! certe conditio mea altius ascendere nequit,
 nec est proinde quod ultra requirere, raut maius
 desiderare possim; hac igitur sorte mea beatus pro-
 cidens coram te, adoro te, laudo te, et protam im-
 menso favore gratias ago infinitas. At quia Pater

meus es, ideo non solum omni reuerentia, honore,
et gratitudine; verum etiam omni amore, ac tenerrimis
dilectionis amplexibus dignus es. Ah amote
o pater amantissime, amote, et amplexor te ex in-
firmis cordis mei medullis. O ut te semper habeam!
Semper sentiam in fundo anime mee, nec unquam
separer a te, pater dilectissime.

3 Verum quid est, quod saepius in hanc terrenis?
Cur ea, quae sunt in mundo quaero? cum omne bo-
num, in eum sit in coelo: Ecce Pater meus, qui dives
Rom. 10. est in omnes, qui invocant eum, ipse est in coelo, ubi
ps. 111. vera divitiae, ubi vera satietas; gloria enim et
divitiae in domo eius, et qui habitant in ea, inebrian-
tur ab ubertate eius, ac de torrente voluptatis eius
potantur. Sorsum itaque eleuare cor meum; apud
Patrem tuum, qui in coelis est, sit conuersatio tua;
Luc. 10. nusquam enim in terra vera iucunditas, nusquam
7 gloria vera satietas; solum enim satiaberis, cum apparue-
rit patris tui. Ad te igitur suspirio o pater, qui es
in coelis: adueniat michi regnum tuum, hic quidem per
gratiam ita regnando in corde meo, ut totus sim
tuus, et tu totus meus; illic vero per gloriam, ut vi-
deam te, et fruam te in aeternum.

Caput 44^{um}

Aspirationes ad Deum tanquam sponsam nostram.

O Domine Deus, quanta pietatis tuae dignatio,
quanta conditionis meae exaltatio! dum naturam
humanam assumens, et procedens de Ithalano tuo,
utero scilicet virginali, veluti sponsus anima
mea tanquam sponsa tua copulari dignatus es. O
dulcissime Deus, si rex quispiam aetate floridus, as =